

1837 occasione controversiarum de limitibus jurisdictionis inter superiores regulares provinciae et Vicarium Apostolicum, inquirens de natura auctoritatis Vicarii, sententiae fuit eidem competere jurisdictionem ordinariorum in propriis dioecesibus.⁷²

*

Ex tota igitur tractatione sequens conclusio eruitur: Vicarios Apostolicos (eadem conditio erat postea et illorum in Hercegovina) adnumerandos esse illis Vicariis, qui ecclesiam quondam existentium dioecesium regebant; eosdem auctoritate qua ordinarii dioecesani gaudent instructos fuisse; item, quia episcopatus bosnensis numquam de facto vel iuridice existere desierat, considerandos esse ut Administratores Apostolicos in hodierno sensu vocis.

b) *De relatione Vicariorum Apostolicorum ad regularem provinciam quoad exercitium muneris pastoralis.*

Initio jam notare liceat, quod ex decursu tractationis patebit, hac etiam periodo *systema prioris regiminis* conservatum esse: modus provisionis parochiarum ac regularis exemptio eadem remansit; modus se gerendi Vicariorum Apostolicorum similis illi ordinariorum loci erat. Attamen, in casu contentionis de limitibus jurisdictionis, in utraque parte influxus ideae missionis in animos videri potest. Utraque enim pars quam majorem integritatem iurium et independentiae servare satagebat. Propterea in casibus dissensionum alterutra, prout magis opportunum pro iurium de-

⁷² »Prima però siccome potrebbe richiedersi quale autorità competea al vicario apostolico di Bosnia, così sarà opportuno di notare la differenza, la quale passa nell'esercizio della giurisdizione tra li vicarii apostolici insigniti del carattere vescovile de' luoghi ne' quali una volta furono erette diocesi ed ebbero vescovi, come sarebbe la Bosnia; e tra quegli altri che sebbene vescovi, sono destinati in regni o provincie in cui per lo innanzi non erano stati i vescovati. Ai primi, se positivamente non è limitata, sembra competere la giurisdizione ordinaria, ossia l'esercizio di quella giurisdizione che hanno i vescovi nelle loro diocesi, i secondi possono soltanto esercitare quella autorità che tassativamente loro è stata accordata dalla s. Sede. ...Essendo dunque il Vicario Apostolico di Bosnia insignito del carattere vescovile, e successo agli antichi vescovi, ed avendo inoltre in tutta la provincia la giurisdizione ordinaria, come fù anche dichiarato nel 1787«. *Archivum Prop.*, Acta, 1837, v. 200 f. 251v—252r.